

contra hoc fecerit cadat in penam quam nos dux cum consilio nostro ei auferre (4) uoluerimus. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno cooperto.

St. Tiep. A, 55.

(4) nostro consilio ei auferere.

XCII (1). *Quantum marinarii nauium et aliorum lignorum que naufragium pacientur cum (2) patronis et merchatoribus stare debent ad recuperandum (3) res et merces ipsarum nauium et lignorum.*

Statuimus quod marinarii nauis naufragium pacientis cum (4) patronis et merchatoribus ipsius nauis per quindecim (5) dies, postquam naufragium passa fuerit, stare et moram facere teneantur ad recuperandum

A. 231 res et merces, et nauem ac sarcia nauis|| eiusdem, legaliter et bona fide; et hoc si patroni uel merchatores uel maior pars eorum uoluerit uel uoluerint; de rebus quas infra spacium illud inuenient per centenarium tres aduentes et non plus. Si quis uero marinarius contra hoc fecerit, totam marinariam quam a patronis suscepit (6) nostro comuni debeat emendare. Et (7) in Ueneciis aduocatores communis, uel alibi rectores qui pro nobis et comuni Ueneciarum extiterint, pro ipsa pena soluenda ipsum possint et debeat conuenire. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno cooperto.

Tarr. 50.

Var. in Q: (1) CIV. — (2) paciuntur com — (3) reparandum — (4) com — (5) XV — (6) suscepit — (7) Et omesso.

XCIII (1). *Quod cooperta inferior nauium et aliorum lignorum de ducentis (2) milliariis et inde supra leuari non possit postquam ipse naues et ligna complete fuerint (3).*

Affirmamus quod postquam nauis (4) aut banzonus

Var. in Q: (1) CV. — (2) CC — (3) f. c. — (4) de CC milliar. ag-
giunto —